

HISTORIÆ GERMANICÆ.169

-em, anno MCCCCLIX. XXII. Martii na-  
-tum. Hic patre superstite, anno æ-  
-tatis XIII. Mariam, unicam Caroli  
Audacis, potentissimi Burgundiæ  
Ducis ad Nancejum ab Helvetiis cæ-  
-si filiam, provinciis Burgundicis,  
quibus totum Belgium accesserat,  
locupletissime dotatam, uxorem du-  
-xit. Ludovicum XI. Galliarum Re-  
-gem Artesiæ & multarum aliarum  
ditionum dotalium violentum oc-  
cupatorem bello aggressus, magnam  
ablatorum partem recuperavit. Et  
vero si in omnibus faventes habu-  
-isset Imperii Germanici ordines, et-  
iam quæ ab antiquo Arelatensi ac  
Lotharingico regnis, Imperio Ger-  
manico junctis decerpssissent Galliæ  
Reges, virtute bellica, qua toties in  
Vngaria, Belgio, Austria, Italia, Hel-  
vetia excelluit, Francis extorsisset.  
Nam ægre tulisse Maximilianum Im-  
perii Germanici diminutionem, va-  
riæ illius querelæ publice privatim-  
que fusæ declarant.

H

§ CCXXXVII